

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 73. Varii casus resolvuntur circa Capellanias & Missas ex  
fundatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

## C A P U T L X X I I I .

*Varii casus redivuntur circa Capellanias & Missas ex fundatione.*

## C A S U S P R I M U S .

- T**itius Capellaniam habens satis pingue, ob 880 amissas litteras fundationis, non habet claram & distinctam scientiam sue obligationis, sed tantum confusa se sit obligatus ad Missam perpetuam, idque aliquot Sacra negligit. Quaritur 1<sup>o</sup>. an teneatur ad Missam quotidiam? 2<sup>o</sup>. an obligatus ad Missam quotidianam, possit tutam conscientiam unam in hebdomada Missam omittere? 3<sup>o</sup>. an Capellanus, de quo in casu, teneatur ad compensationem Sacrorum negligitorum?
- Ad 1. & 3. respondeo primò videndum quid 881 egerint praedecessores Titii: si fuerint probi viri (quales in dubio presumunt cap. fin. de presumpt.) si enim factum presumunt ab eo qui erat obligatus facere. Macardus de probat. conclus. 734) presumendi sunt obligationi satisfacti.
- Quia tamen potius judicandum secundum consuetudinem, qua communis est exemplum, quam secundum particularē exemplum unius alterius, videndum qua in illo loco & regione vigeat consuetudo circa pingues ejusmodi Capellanae, & secundum conjectudinem istam Titius procedere debet. L. semper 34. ff. de reg. jur. ubi: *Id sequitur quod in regno, in qua aliquid factum est, frequenter.*
- Si nec exemplum decefforum, nec loci consuetudo solvit dubium, Titius confere debet sic obligatum ad Sacrum quotidianum, juxa regulam *inspicimus* de regulis juris in 6. *Inspectum in obscuris quod plerumque fieri solet.* Si quidem in particularibus Ecclesiis Christiani Orbis pingues Capellanae uplurimum habent annexum onus Sacri quotidiani. Et ratio particularis est in casu praefenti, quia per Missam perpetuam communis fidelium sensus intelligit non mensuram, nec septimaniam, sed quotidiam. Nec certe perpetuo celebrare dicitur, qui non quotidie.
- Tenetur proinde Titius ad compensationem, 884 per alia uigilie Sacra, qua curare debet per alium celebrari, pro numero Sacrorum negligitorum. Ad ea quippe obligatus ex iustitia, manet obligatus, donec satisficerit. Bonacina de Euchar. dip. 4. q. ult. p. 7. §. 1. & 2. & Doctores communiter.
- Ad 2. respondeo, si in litteris fundationis non 885 specificetur quod Capellanus quotidie celebrare debeat, per se, vel per alium, sed praeceps ut quotidie celebret, Bonacina puncto 7. §. 2. n. 16. dicit usum receptum, ut Capellano (fundationem intelligendo *salva honestate*) licet, non ob ambulationem, aliove fines profanos, sed ob honestatem & meliorem preparationem, femei in quilibet hebdomada abstinere a Sacerdotio celebrando. Ita tamen ut, si uti nolit hoc beneficio, celebrare debat in Capella sua, pro fundatione, non pro alio, etiam gratis. Imo nec pro scipio, nec pro cognitis suis & benefactoribus. Ita Doctores communiter, qui tamen hoc ultimum ipsi permittunt quinque vel sexies in anno, Fundatoris intentionem benignè interpretando. Bonacina ibidem. Nam verò larga est opinio permittens Capellano (cui ex honestate permittitus femei in hebdomada vacare, ut supradictum) pro alio celebrare accepto stipendio. Cui certè opinioni (quam Thomas Hurtadus probabilem non bene putat, casu quo Sacerdos sit pauper) contrarius est communis sensus omnium
- tribuens eleemosynam pro allarum Missarum celebratione, id sciatis, & consentiat, ut illæ tunc celebrentur, cum suscepatis oneribus satisfactum fuerit, Decretum non prohibere, quominus eo causa eleemosyna suscipiat, pro iisdem Missis, juxta Benefactoris consensum celebrandis.
- 872 Ad duodecimum, has poenas non habere locum, nisi in suscipientibus onera perpetua Missarum celebrandarum, sine licentia Episcopi, vel eius Generalis, aut Provincialis.
- Ad decimum-tertium, comprehendendi.
- Ad decimum-quartum, non posse, nisi de consensu eorum, qui eleemosynas tribuunt, ut supra in responsione ad undecimum.
- 873 Ad decimum-quintum, comprehendendi etiam privatos Sacerdotes.
- Illustrissimi, & Reverendissimi Domini,
- 874 Episcopus Traguriensis litteris petit... decisio nem ad infra scripta dubia....
- 875 Primò dubitat, an Sacerdotes habentes annum stipendium, vel qui ex quotidianis eleemosynis celebrant, possint duo stipendia recipere pro singulis Missis, ex quo singula stipendia non ascendunt ad quinque bajocos. *Unus bajocus valeat unus crucigerum.*
- Secundò, an habentes annum stipendium pro celebrationi Missarum, possint in die obitūs aliquius fidelis novam pitantiam recipere, ex quo inventari non possint Sacerdotes, qui non habeant annua stipendia, & videatur tacitus consensu dantis.
- 876 Tertiò, an Sacrificia, qui tenetis alio celebrare titulum, & ex usu solet Missas anniversarias cantare, satisfaciat duobus titulis, attenta tenuitate prioritatis bajocorum duorum cum dimidio.
- Quarto, an Sacerdotes, qui nullā alia obligatio ne in Confraternitatibus, vel in Monasteriis Monialium celebrant, quam pro ornato Ecclesiae, vel ut Confrates, vel Moniales satisfaciunt precepto audiendi Missam, possint ultra stipendium quod recipiunt a Confraternitate, vel Monialibus, aliud stipendium recipere.
- 877 Quintò, an habens onus celebrandi certum Missarum numerum, juxta valorem fructuum, quos ex legatis piis percepit, teneatur statim post receptionem fructuum celebrare, an verò habeat tunc annum ad satisfaciendum.
- Sextò, an recipiens stipendium pro Missis S. Gregorii singulis annis ad excusandas defunctorum dispositiones, satisfacere teneatur statim atque receptor stipendium, an differre, quoque non labatur tempus à defuncto praesertim.
- Septimo, an recipiens stipendium celebrandi, quando ei visum fuerit, possit novam eleemosynam recipere, etiam si non satisficerit priori obligationi.
- 878 Die nonā Januarii, & sextā Februarii 1627. sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium Concilii Tridentini interpretum censuit, redictionem supradictam remittendam esse Episcopo, pro suo arbitrio & conscientia. Respondit autem ad primum, secundum, tertium & quartum non posse.
- Ad quintum, teneri quamprimum celebrare.
- Ad sextum, posse differre ad tempus à testato re prescriptum.
- 879 Ad septimum denique censuit, etiam si Sacerdotes oneribus suscepis non satisficerint, posse nova onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

omnium penè Doctorum, ut videre est apud Dianam p. 10. tr. resol. 37.

## CASUS SECUNDUS.

886 **S**Empronius, ex beneficio obligatus ad quotidie, vel aliquoties in hebdomada celebrandum, laborat febri, vel alia aegritudine, ob quam nequit per se celebrare. Tenetur alium constitutire, qui pro se celebret, vel ipse postea ex non debitis supplere?

Respondeo non teneri, si infirmitas brevi tempore duret, nisi Fundator aliter explicitè, vel implicitè statuerit (v. g. dicendo: *quater in hebdomada celebrabitur, per se vel per alium.*) Bonacina ibidem q. ult. p. 1. n. 4. Gavantus in rubric. Missal. p. 3. tit. 12. n. 18. Layman tr. 5. c. 3. n. 7. Pax Jordanus, Episcopus Tagurenensis, volum. 1. clucubrat. lib. 4. n. 537. Quia licet herus in rigore juris detrahere possit de mercede famuli, ob brevem infirmitatem aliquamdiu non interficiens; plus tamen & benignus herus non foler.

887 Per breve verò tempus laudati Authores intelligent unum mensem, si ceteroquin diligens fuerit in officio suo. Faverique Concilium Mediolanense VII. tit. de Missis: *Si Capellanus falest per annum integrum funditus fit munere celebrandi in aliquo loco, si etiam per mensem agrotus, adhuc integrum eleemosynam iudicio Episcopi accipere potest.*

Cardinalis verò de Lugo disp. 21. fect. 2. unum vel duos menses. Si tamen stā culpā, v. g. intemperantia, itam aegritudinem contraherit, Pax Jordanus n. 537. ipsum obligat ad compensationem, ne ex culpa tua serae hoc commodum.

888 In casu vero longioris infirmitatis, alium substituere debet. Doctores communiter. Nisi (inquit Gobat) infirmo illi obligatur tam tenue beneficium, ut omnes redius expendendi forent in eius sustentationem. Quia nec Fundatoris, nec Ecclesiae voluntas est, panem subtrahere Ministerio, ceteroquin fidelis.

889 In casu etiam omissionis Sacrorum, non ex infirmitate, sed alia ex causa voluntaria, quālibet iusta, v. g. quia patrem, multū distante, agonizans invisit, compensare tenetur, nisi Episcopus dispensaverit. Bonacina, & Pax Jordanus ibidem contra Leandrum à compensatione excusantem eum qui omittit causā itineris ad oblationem suscepit. Secus si ex causa involuntaria, v. g. quia iuste à multiis ejus est Parochia. Layman loco citato. Quia rem, qua culpa caret, in damnum vocari non convenit C. de confit.

## CASUS TERTIUS.

890 **T**Orquatus tenet singulis hebdomadis, ex fundatione, legere quinque Missas in tali Capella; sed ex fundatione non constat teneri applicare Missas illas Fundatori. Teneturne ei applicare?

Negat Marchinus apud Dianam p. 6. tr. 6. resol. 13. quia juxta L. quidquid astringitur ff. de verb. obligat. *obligatio non debet imponi, nisi parlam veribus exprimatur.* Et quod expressum non fuit, omnīam esse intelligendam est: quia stipulatori liberum fuit verba clare concipere. Et contra eum qui legere dicere potuit apertus, est interpretatione facienda. Sibi proinde Fundator imputare debet, si non explicaverit. Et, in dubio, præfimitur non voluisse. Si enim voluisset, utique exp̄ressisset.

891 Affirmandum nihilominus cum Cardinale de Lugo disp. 21. n. 23. Barbosa de Paroch. p. 1. c. 11. Gavanto, Homobono apud Dianam p. 6. tr. 6. resol. 13. Bonacina q. ult. p. 7. 9. 2. n. 13. & Tom. III,

Doctoribus communiter, ipso teste. Quia ubi aliud non constat, præsumptio est pro Fundatore. Quisque enim in dubio præsumitur sibi optimè consulere voluisse. Atque ita habet praxis communis (inquit Gobat n. 496.) que profecto optima est fundacionum, uti legum interpres. Unde Vafquez disput. 234. c. 4. n. 23. ait indubitatum esse, quod Capellanas obtinentes teneant pro Fundatoribus sacrificare. Et Alphonius de Leone (apud Dianam p. 2. tr. 14. resol. 80.) cum Fraxinello & Homobono, tradit, quod ubi ex claris verbis Fundatoris, aut circumstantiis personarum aliud non constat, præsumendum sit, quod Sacrum fundatum non sit pro solo cultu Ecclesiae, vel Capella, aut commoditate audiendi de Sacrum, sed pro anima Fundatoris.

Caveat proinde Capellanus ejusmodi pro alio 892 celebrare, accepto stipendio. Maximè cum id illicitum declarat S. Congregatio, approbat Urbanus VIII. in Bulla *Cum contingat*, his verbis: *Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficii seu Capellania, legati, seu saularii, si eleemosynas pro aliis etiam Missas celebrandis suscepint, non posse eadem Missa utrique oblationis satisfacere.*

## CASUS QUARTUS.

**F**Redericus tenuem noctis Capellaniam, olim 893 quidem pro ratione istius temporis fatis bonam, sed nunc in valore diminutam, potestne pro ratione istius diminutionis, diminuere onera Sacerdotum, &c.?

Respondeo cum Bonacina non posse, donec Superior, ad quem spectat, debitè provideat. Quia magni abusus committerentur, si diminutio onerum arbitrio privatorum permetteretur: cum effe soleamus caci & nimis partiales in propria causa. Unde S. Congregatio suprà n. 847. ipsis etiam Episcopis diminutionem illam seu reductionem interdict, sed ad Sedem Apostolicam recurrit precipit. Quod tamen (quod Episcopos) extra Italiam usū receptum non effe Palao ex Garcia testatur tr. 22. p. 15.

## CAPUT LXXIV.

*Casus circa stipendia Missarum, & Missas ex stipendio.*

## CASUS PRIMUS.

**C**Ajus, Sacerdos scrupulosus, non modicum 894 canxius est, sine licitum pro Missa celebranda stipendia accipere: cum hoc videatur simoniacum; eò quod stipendium esse videatur Missa pretium.

Respondeo tamen esse licitum, non simoniacum, pro Missa celebranda stipendium accipere, non quasi pretium Missæ, sed quasi sustentamentum vite. Ita S. Thomas in 4. diff. 25. q. 3. a. 2. quiesciens. 1. ad 4. ubi sic: *Dicendum quid facere passionem de Missa celebranda est simoniacum semper. Si tamen Sacerdos non habet alios sumptus, & non tenetur ex officio cantare Missam, potest accipere denarios, sicut conducti Sacerdotes faciunt, non quasi pretium Missæ, sed quasi sustentamentum vite.* Cū enim nullus militet stipendiis suis unquam (inquit Apostolus proxime referendus) qui spirituali ministrit, iūs habet exigendi temporalia, unde vitam sustinet, juxta illud Salvatoris Apostolos ad prædicandum mitentes Luc. 10. *In eadem domo manet, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede suā.* Et 1. Cor. 9. *Qui in sacrario operantur, quæ*

Bk